Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

filios. Vnde etiam scd in ista non de porcina sed de filius expositione manet illa
sententia quod dixerit. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Ita enim reliquerit
opum suae reliquias parvulis suis. II Ps. xv. Et quod scriptum est mirificaverit
vel mirifica omnes voluntates suas in illos. nihil prohibet intelligi immo
et convenientius videtur non in illos sed in illis. Sic enim et graeci codices habent.
Sepe autem quod habet illa lingua in illis nostri interpretantur in illos. ubi vi
detur sententiae convenire. Accipiamus quod scis quia in tua sit et mirificaverit omnes
voluntates suas in illis quod plerique codices habent. et intelligamus omnes
voluntates et munera gratiae quae gratis data sunt. idest quia voluit non quia debe
bat. Vnde et. Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. et in voluntate
tua dedisti me. et voluntatis genuit nos verbo veritatis. et plurima
voluntaria segregans dis hereditatem tuae. et diuidens propria unicuique
prout vult. et alia innumerabilia. Et inde mirificavit omnes voluntates
suas in illis. Inquibus non inscis quia in tua sit. Sicut tua sic super ostendimus potest
accipi in bono. et ubi non additum est. et quanto magis ubi dicitur tua et. Mira
quod fecit omnes voluntates suas in illis. Miras omnino fecit quia cos cordes per ratio
ne mirabiliter libavit. Ex hac admiratione exclamat apostolus. Altitudo
diuitiarum sapientiae et scientiae dei. Super quippe dixerat. Conclusit enim dis
omnes in infidelitate ut omnium misereatur. Hinc hoc etiam hic sequitur. Multipli
cate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Infirmitates posuit propter peccatum
sicut ad romanos apostolus dicit. Si enim xpe cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus
impius mortuus est. hos dixit infirmos quos impios. Deinde paulo post eandem
sententiam repetens commendat inquit suam karitatem dis in nobis quam cum
adhuc peccatores essemus xpe pro nobis mortuus est. Quos infirmos supra
eos hic peccatores appellauit. Inter inconsequentia hoc idest alius ubi usus sum
sicut cum inimici essemus inquit reconciliati sumus deo per mortem filii eius. ac per hoc
in eo quod dictum est. multiplicate sunt infirmitates eorum intelliguntur multi
plicata peccata eorum. Ex eo autem subintrauit ut habundantiae dictum est. quam
ubi habundauit delictum superhabundauit gratia. idest per accelerauerunt